

CONSTITUTIO DOGMATICA DE DIVINA REVELATIONE

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI UNA CUM SS. CONCILII PATRIBUS
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

PROOEMIUM

1. Dei Verbum religiose audiens et fidenter proclamans, Sacrosancta Synodus verbis S. Ioannis obsequitur dicentis: *Annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo* (1 Io 1, 2—3). Propterea, Conciliorum Tridentini et Vaticani I inhaerens vestigiis, genuinam de divina revelatione ac de eius transmissione doctrinam proponere intendit, ut salutis praeconio mundus universus audiendo credat, credendo speret, sperando amet¹.

Caput I

DE IPSA REVELATIONE

2. Placuit Deo in sua bonitate et sapientia Seipsum revelare et notum facere sacramentum voluntatis suae (cf. Eph 1, 9), quo homines per Christum, Verbum carnem factum, in Spiritu Sancto accessum habent ad Patrem et divinae naturae consortes efficiuntur (cf. Eph 2, 18; 2 Petr. 1, 4). Hac itaque revelatione Deus invisibilis (cf. Col 1, 15; 1 Tim 1, 17) ex abundantia caritatis suae homines tamquam amicos alloquitur (cf. Ex 33, 11; Io 15, 14—15) et cum eis conversatur (cf. Bar 3, 38), ut eos ad societatem secum invitet in eamque suscipiat. Haec revelationis oeconomia fit gestis verbisque intrinsece inter se connexis, ita ut opera, in historia salutis a Deo patrata, doctrinam et res verbis significatas manifestent ac corroborent, verba autem opera proclamant et mysterium in eis contentum elucident. Intima autem per hanc revelationem tam de Deo quam de hominis salute veritas nobis in Christo illucescit, qui mediator simul et plenitudo totius revelationis existit².

3. Deus, per Verbum omnia creans (cf. Io 1, 3) et conservans, in rebus creatis perenne sui testimonium hominibus praebet (cf. Rom 1, 19—20, et viam salutis supernae aperire intendens, insuper protoparentibus inde ab initio Semetipsum manifestavit. Post eorum autem lapsum eos, redemptione promissa, in spem salutis erexit (cf. Gen 3, 15), et sine intermissione generis humani curam egit, ut omnibus qui secundum patientiam boni operis salutem quaerunt, vitam aeternam daret

KONSTYTUCJA DOGMATYCZNA O OBJAWIENIU BOŻYM

PAWEŁ, BISKUP, SŁUGA SŁUG BOŻYCH RAZEM Z OJCAMI ŚWIĘTEGO SOBORU NA WIECZNĄ RZECZY PAMIĄTKĘ

WSTĘP

1. Sobór święty, słuchając nabożnie słowa Bożego i z ufnością je głosząc, kieruje się słowami św. Jana, który mówi: *Głosimy wam żywot wieczny, który był u Ojca i objawił się nam. Cośmy widzieli i słyszeli, to wam głosimy, abyście i wy współuczestnictwo mieli z nami; a uczestnictwo nasze jest z Ojcem i z Synem jego Jezusem Chrystusem* (1 J 1, 2—3). Dlatego, trzymając się śladów Soboru Trydenckiego i Watykańskiego 1-go, zamierza wyłożyć właściwą naukę o Objawieniu Bożym i jego przekazaniu ludzkości, aby świat cały słuchając wieści o zbawieniu uwierzył jej, a wierząc ufał, a ufając miłował¹.

Rozdział I

O SAMYM OBJAWIENIU

2. Spodobało się Bogu w Swej dobroci i mądrości objawić Siebie samego i ujawnić nam tajemnicę woli swojej (por. Ef 1, 9), dzięki której ludzie mają przez Chrystusa, Słowo Wcielone dostęp do Ojca w Duchu Świętym i stają się uczestnikami boskiej natury (por. Ef 2, 18; 2 P 1, 4). Przez to zatem objawienie Bóg niewidzialny (por. Kol 1, 15; 1 Tym 1, 17) w nadmiarze swej miłości zwraca się do ludzi jak do przyjaciół (por. Wyj 33, 11; J 15, 14—15) i obcuje z nimi (por. Bar 3, 38), aby ich zaprosić do wspólnoty z sobą i przyjąć ich do niej. Ten plan objawienia urzeczywistnia się przez czyny i słowa wewnętrznie z sobą powiązane, tak, że czyny dokonane przez Boga w historii zbawienia ilustrują i umacniają naukę oraz sprawy słowami wyrażone; słowa zaś obwieszczają czyny i odsłaniają tajemnicę w nich zawartą. Najgłębsza zaś prawda o Bogu i o zbawieniu człowieka jaśnieje nam przez to objawienie w osobie Chrystusa, który jest zarazem pośrednikiem i pełnią całego objawienia².

3. Bóg, stwarzając wszystko i zachowując w bycie przez Słowo (por. J 1, 3), daje ludziom poprzez rzeczy stworzone trwałe świadectwo o sobie (por. Rzym 1, 19—20); a chcąc otworzyć drogę do zbawienia nadziemskiego, objawił ponadto siebie samego pierwszym rodzicom zaraz na początku. Po ich zaś upadku wzbudził w nich nadzieję zbawienia przez przyrzeczenie odkupienia (por. Rodz 3, 15); i bez przerwy troszczył się o rodzaj ludzki, aby wszystkim, którzy przez wytrwanie w dobrym szukają zbawienia, dać żywot wieczny (por. Rzym 2, 6—7). W swoim czasie

(cf. Rom 2, 6—7). Suo autem tempore Abraham vocavit, ut faceret eum in gentem magnam (cf. Gen 12, 2), quam post Patriarchas per Moysen et Prophetas erudit ad se solum Deum vivum et verum, providum Patrem et iudicem iustum agnoscendum, et ad promissum Salvatorem expectandum, atque ita per saecula viam Evangelio praeparavit.

4. Postquam vero multifariam multisque modis Deus locutus est in Prophetis, *novissime diebus istis locutus est nobis in Filio* (Hebr 1, 1—2). Misit enim Filium suum, aeternum scilicet Verbum, qui omnes homines illuminat, ut inter homines habitaret iisque intima Dei enarraret (cf. Io 1, 1—18). Iesus Christus ergo, Verbum caro factum *homo ad homines* missus³, *Verba Dei loquitur* (Io 3, 34), et opus salutare consummat quod dedit ei Pater faciendum (cf. Io 5, 36; 17, 4). Quapropter Ipse, quem qui videt, videt et Patrem (cf Io 14, 9), tota suiipsius praesentia ac manifestatione, verbis et operibus, signis et miraculis, praesertim autem morte sua et gloriosa ex mortuis resurrectione, misso tandem Spiritu veritatis, revelationem complendo perficit ac testimonio divino confirmat, Deum nempe nobiscum esse ad nos ex peccati mortisque tenebris liberandos et in aeternam vitam resuscitandos.

Oeconomia ergo christiana, utpote foedus novum et definitivum, nunquam praeteribit, et nulla iam nova revelatio publica expectanda est ante gloriosam manifestationem Domini nostri Iesu Christi (cf. 1 Tim 6, 14 et Tit 2, 13).

5. Deo revelanti praestanda est *oboeditio fidei* (Rom 16, 26; cf. Rom 1, 5; 2 Cor 10, 5—6), qua homo se totum libere Deo committit *plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium* praestando⁴ et voluntarie revelationi ab Eo datae assentiendo. Quae fides ut praebetur, opus est praeveniente et adiuvante gratia Dei et internis Spiritus Sancti auxiliis, qui cor moveat et in Deum convertat, mentis oculos aperiat, et det *omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati*⁵. Quo vero profundior usque evadat revelationis intelligentia, idem Spiritus Sanctus fidem iugiter per dona sua perfecit.

6. Divina revelatione Deus Seipsum atque aeterna voluntatis suae decreta circa hominum salutem manifestare ac communicare voluit, *ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant*⁶.

Confitetur Sacra Synodus, *Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse* (cf. Rom 1, 20); eius vero revelationi tribuendum esse docet, *ut ea, quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque generis humani conditione ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint*⁷.

znów powołał Abrahama, by uczynić zeń naród wielki (por. Rodz 12, 2), który to naród po patriarchach pouczał przez Mojżesza i Proroków, by uznawał Jego samego, jako Boga żywego i prawdziwego, troskliwego Ojca i Sędziego sprawiedliwego oraz by oczekiwał obiecanego Zbawiciela. I tak poprzez wieki przygotowywał drogę Ewangelii.

4. Skoro zaś już wielokrotnie i wielu sposobami Bóg mówił przez proroków, *na koniec w tych czasach przemówił do nas przez Syna* (por. Hebr 1, 1—2). Zesłał bowiem Syna swego, czyli Słowo odwieczne, oświecającego wszystkich ludzi, by zamieszkał wśród ludzi i opowiedział im tajemnice Boże (por. J 1, 1—18). Jezus Chrystus więc, Słowo Wcielone, *człowiek do ludzi* posłany³, *głosi słowa Boże* (por. J 3, 34) i dopełnia dzieła zbawienia, które Ojciec powierzył mu do wykonania (por. J 5, 36; 17, 4). Dlatego Ten, którego gdy ktoś widzi, widzi też i Ojca (por. J 14, 9), przez całą swoją obecność i okazanie się przez słowa i czyny, przez znaki i cuda, zwłaszcza zaś przez śmierć swoją i pełne chwały zmartwychwstanie, a wreszcie przez zesłanie Ducha prawdy, objawienie doprowadził do końca i do doskonałości oraz świadectwem Bożym potwierdza, że Bóg mianowicie jest z nami, by nas z mroków grzechu i śmierci wybawić i wskresić do życia wiecznego.

Ekonomia więc chrześcijańska, jako nowe i ostateczne przymierze, nigdy nie ustanie i nie należy się już spodziewać żadnego nowego objawienia publicznego przed triumfalnym ukazaniem się Pana naszego Jezusa Chrystusa (por. 1 Tym 6, 14 i Tyt 2, 13).

5. Bogu objawiającemu należy okazać *posłuszeństwo wiary* (por. Rzym 16, 26; por. Rzym 1, 5; 2 Kor 10, 5—6), przez które człowiek z wolnej woli siebie całego powierza Bogu, okazując *pełną uległość rozum i woli wobec Boga objawiającego*⁴ i dobrowolnie uznając objawienie przez niego dane. By móc okazywać taką wiarę, trzeba mieć łaskę Bożą uprzedzającą i wspomagającą oraz pomoce wewnętrzne Ducha Świętego, który by poruszał serca i do Boga zwracał, otwierał oczy rozumu i udzielał *wszystkim słodczy w uznawaniu i dawaniu wiary prawdziwie*⁵. Aby zaś coraz głębsze było zrozumienie objawienia, tenże Duch Święty darami swymi wiarę stale udoskonala.

6. Przez Objawienie Boże chciał Bóg ujawnić i oznajmić Siebie samego i odwieczne postanowienie swej woli o zbawieniu ludzi *dla uczestnictwa mianowicie w darach Bożych, które przewyższają całkowicie poznanie rozumu ludzkiego*⁶.

Sobór Święty wyznaje, że *Boga będącego początkiem i końcem wszystkich rzeczy można poznać z pewnością przy naturalnym świetle rozumu ludzkiego, z rzeczy stworzonych* (por. Rzym 1, 20); uczy też, że objawieniu Bożemu przypisać należy fakt, iż *to, co w sprawach Bożych samo z siebie jest dla rozumu ludzkiego dostępne, również w obecnych warunkach rodzaju ludzkiego może być poznane przez wszystkich szybko, z całą pewnością i bez domieszki jakiegokolwiek błędu*⁷.

Caput II

DE DIVINE REVELATIONIS TRANSMISSIONE

7. Quae Deus ad salutem cunctarum gentium revelaverat, eadem benignissime disposuit ut in aevum integra permanerent omnibusque generationibus transmitterentur. Ideo Christus Dominus, in quo summi Dei tota revelatio consummatur (cf. 2 Cor. 1, 30; 3,16—4,6), mandatum dedit Apostolis ut Evangelium, quod promissum ante per Prophetas Ipse adimplevit et proprio ore promulgavit, tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omnibus predicarent¹, eis dona divina communicantes. Quod quidem fideliter factum est, tum ab Apostolis, qui in praedicatione orali, exemplis et institutionibus ea tradiderunt quae sive ex ore, conservatione et operibus Christi acceperant, sive a Spiritu Sancto suggerente didicerant, tum ab illis Apostolis virisque apostolicis, qui, sub inspiratione eiusdem Spiritus Sancti, nuntium salutis scriptis mandaverunt².

Ut autem Evangelium integrum et vivum iugiter in Ecclesia servaretur, Apostoli successores reliquerunt Episcopos, ipsis *suum ipsorum locum magisterii tradentes*³. Haec igitur Sacra Traditio et Sacra utriusque Testamenti Scriptura veluti speculum sunt in quo Ecclesia in terris peregrinans contemplatur Deum, a quo omnia accipit, usquedum ad Eum videndum facie ad faciem sicuti est perducatur (cf. 1 Io 3, 2).

8. Itaque praedicatio apostolica, quae in inspiratis libris speciali modo exprimitur, continua successione usque ad consummationem temporum conservari debebat. Unde Apostoli, tradentes quod et ipsi acceperunt, fideles monent ut teneant traditiones quas sive per sermonem sive per epistolam didicerint (cf. 2 Thess 2, 15), utque pro semel sibi tradita fide decertent (cf. Iud 3)⁴. Quod vero ab Apostolis traditum est, ea omnia complectitur quae ad Populi Dei vitam sanctae ducendam fidemque augendam conferunt, sicque Ecclesia, in sua doctrina, vita et cultu, perpetuat cunctisque generationibus transmittit omne quod ipsa est, omne quod credit.

Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit⁵: crescit enim tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo (cf. Lc 2, 19 et 51), tum ex intima spiritualium rerum quam experiuntur intelligentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum acceperunt. Ecclesia scilicet, volventibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit, donec in ipsa consummentur verba Dei.

Sanctorum Patrum dicta huius Traditionis vivificam testificantur praesentiam, cuius divitiae in praxim vitamque credentis et orantis Ecclesiae transfunduntur. Per eandem Traditionem integer Sanctorum Libro-

Rozdział II

O PRZEKAZYWANIU OBJAWIENIA BOŻEGO

7. Bóg postanowił najlaskawiej, aby to, co dla zbawienia wszystkich narodów objawił, pozostało na zawsze zachowane w całości i przekazywane było wszystkim pokoleniom. Dlatego Chrystus Pan, w którym całe objawienie Boga Najwyższego znajduje swe dopełnienie (por. 2 Kor 1, 3; 3, 16—4, 6), polecił Apostołom, by Ewangelię przyobiecana przedtem przez proroków, którą sam wypełnił i ustami własnymi obwieścił, głosili wszystkim, jako źródło wszelkiej prawdy zbawiennej i normy moralnej⁸, przekazując im dary Boże. Polecenie to zostało wiernie wykonane przez Apostołów, którzy nauczaniem ustnym, przykładami i instytucjami przekazywali to, co otrzymali z ust Chrystusa, z jego zachowania się i czynów, albo czego nauczyli się od Ducha Świętego, dzięki jego sugestii, jak też przez tych Apostołów i mężów apostołskich, którzy wspierani natchnieniem tegoż Ducha Świętego, na piśmie utrwaliли wieść o zbawieniu⁹.

Aby zaś Ewangelia była zawsze w swej całości i żywotności w Kościele zachowywana, zostawili Apostołowie biskupów jako następców swoich *przekazując im swoje stanowisko nauczycielskie*¹⁰. Ta więc Tradycja święta i Pismo święte obu Testamentów są jakby zwierciadłem, w którym Kościół pielgrzymujący na ziemi ogląda Boga, od którego wszystko otrzymuje, aż zostanie doprowadzony do oglądania Go twarzą w twarz takim jaki jest (por. 1 J 3, 2).

8. Nauka przeto apostołska, która w księgach natchnionych szczególnie znajduje wyraz, miała być zachowywana w ciągłym następstwie aż do czasów ostatecznych. Stąd Apostołowie, przekazując to, co sami otrzymali, upominają wiernych, by trzymali się tradycji, które poznali czy to przez naukę ustną, czy też przez list (por. 2 Tes 2, 15) i aby staczali bój o wiarę raz na zawsze sobie przekazaną (por. Jud 3)¹¹. A co przez Apostołów zostało przekazane, obejmuje wszystko to, co przyczynia się do prowadzenia świętego życia przez lud Boży i pomnożenia w nim wiary. I tak Kościół w swej nauce, w swym życiu i kulcie uwiecznia i przekazuje wszystkim pokoleniom to wszystko, czym on jest, i to wszystko, w co wierzy.

Tradycja ta, wywodząca się od Apostołów, czyni w Kościele postępy pod opieką Ducha Świętego¹². Wzrasta bowiem zrozumienie tak rzeczy jak słów przekazanych, już to dzięki kontemplacji oraz dociekaniu wiernych, którzy je rozważają w sercu swoim (por. Łk 2, 19 i 15), już też dzięki głębokiemu, doświadczalnemu pojmowaniu spraw duchowych, już znowu dzięki nauczaniu tych, którzy wraz z sukcesją biskupią otrzymali pewny charyzmat prawdy. Albowiem Kościół z biegiem wieków dąży stale do osiągnięcia pełni prawdy Bożej, dopóki nie wypełnią się w nim słowa Boże.

Wypowiedzi Ojców Świętych zaświadczaą istnienie tej życiodajnej Tradycji, której bogactwa przelewają się w działalność i życie wierzą-

rum canon Ecclesie innotescit, ipsaeque Sacrae Litterae in ea penitus intelliguntur et indesinenter actuosae redduntur; sicque Deus, qui olim locutus est, sine intermissione cum dilecti Filii sui Sponsa colloquitur, et Spiritus Sanctus, per quem viva vox Evangelii in Ecclesia, et per ipsam in mundo resonat, credentes in omnem veritatem inducit, verbumque Christi in eis abundanter inhabitare facit (cf Col 3, 16).

9. Sacra Traditio ergo et Sacra Scriptura arcte inter se connectuntur atque communicant. Nam ambae, ex eadem divina scaturigine promanantes, in unum quodammodo coalescunt et in eundem finem tendunt. Etenim Sacra Scriptura est locutio Dei quatenus divino afflante Spiritu scripto consignatur; Sacra autem Traditio verbum Dei, a Christo Domino et a Spiritu Sancto Apostolis concreditum, successoribus eorum integre transmittit, ut illud, praelucente Spiritu veritatis, praeconio suo fideliter servant, exponant atque diffundant; quo fit ut Ecclesia certitudinem suam de omnibus revelatis non per solam Sacram Scripturam hauriat. Quapropter utraque pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda et veneranda est⁶.

10. Sacra Traditio et Sacra Scriptura unum verbi Dei sacrum depositum constituunt Ecclesiae commissum, cui inhaerens tota plebs sancta Pastoribus suis adunata in doctrina Apostolorum et communionem, fractionem panis et orationibus iugiter perseverat (cf. Act. 2, 42 gr.), ita ut in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio⁷.

Munus autem authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum⁸ soli vivo Ecclesiae Magisterio concreditum est⁹, cuius auctoritas in nomine Iesu Christi exercetur. Quod quidem Magisterium non supra verbum Dei est, sed eidem ministrat, docens non nisi quod traditum est, quatenus illud, ex divino mandato et Spiritu Sancto assistente, pie audit, sanctae custodit et fideliter exponit, ac ea omnia ex hoc uno fidei deposito haurit quae tamquam divinitus revelata credenda proponit.

Patet igitur Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium, iuxta sapientissimum Dei consilium, ita inter se connecti et consociari, ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul, singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant.

cego i modlącego się Kościoła. Dzięki tej samej Tradycji Kościół rozpoznaje cały kanon ksiąg świętych i samo Pismo św. w jej świetle głębiej jest rozumiane i nieustannie w czyn wprowadzane. Tak więc Bóg, który niegdyś przemówił, rozmawia bez przerwy z Oblubienicą swego Syna ukochanego, a Duch Święty, przez którego żywy głos Ewangelii rozbrzmiewa w Kościele, a przez Kościół w świecie, wprowadza wiernych w wszelką prawdę oraz sprawia, że słowo Chrystusowe w nich mieszka w nadmiarze (por. Kol 3, 16).

9. Tradycja święta i Pismo święte ściśle się z sobą łączą i komunikują. Obydwoje bowiem, wypływając z tego samego źródła Bożego, zrastają się niejako w jedno i do tego samego zdążają celu. Albowiem Pismo św. jest mową Bożą, utrwaloną pod natchnieniem Ducha Świętego na piśmie; a święta Tradycja słowo Boże, przez Chrystusa Pana i Ducha Świętego powierzone Apostołom, przekazuje w całości ich następcom, by oświeceni Duchem prawdy, wiecznie je w swym nauczaniu zachowywali, wyjaśniali i rozpowszechniali. Stąd to Kościół czerpie pewność swoją co do wszystkich spraw objawionych nie z samego tylko Pisma Świętego. To też obydwójce należy z równym uczuciem czci i poważania przyjmować i mieć w poszanowaniu¹³.

10. Święta Tradycja i Pismo św. stanowią jeden święty depozyt słowa Bożego powierzony Kościołowi. Na nim polegając, cały lud święty zjednoczony ze swymi pasterzami, trwa stale w nauce Apostołów, we wspólnocie braterskiej, w łamaniu chleba i w modlitwach (por. „Dz 2, 42 gr) tak, iż szczególnie zaznacza się jednomyślność przełożonych i wiernych w zachowywaniu przekazanej wiary, w praktykowaniu jej i wyznawaniu¹⁴.

Zadanie zaś autentycznej interpretacji słowa Bożego, spisane czy przekazane przez Tradycję¹⁵, powierzone zostało samemu tylko żywemu Urzędowi Nauczycielskiemu¹⁶ Kościoła, który autorytatywnie działa w imieniu Jezusa Chrystusa. Urząd ten Nauczycielski nie jest ponad słowem Bożym, lecz jemu służy, nauczając tylko tego, co zostało przekazane. Z rozkazu Bożego i przy pomocy Ducha Świętego słucha on pobożnie słowa Bożego, święcie go strzeże i wiernie wyjaśnia. I wszystko, co podaje do wierzenia jako objawione przez Boga, czerpie z tego jednego depozytu wiary.

Jasne więc jest, że święta Tradycja, Pismo św. i Urząd Nauczycielski Kościoła, wedle najmądrzejszego postanowienia Bożego, tak ściśle ze sobą się łączą i zespalają, że jedno bez innych nie może istnieć, a wszystkie razem, każde na swój sposób, pod natchnieniem jednego Ducha Świętego przyczyniają się skutecznie do zbawienia dusz.

Caput III

DE SACRAE SCRIPTURAE DIVINA INSPIRATIONE ET DE EIUS
INTEPRETATIONE

11. Divinitus revelata, quae in Sacra Scriptura litteris continentur et prostant, Spiritu Sancto afflante consignata sunt. Libros enim integros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum omnibus eorum partibus, sancta Mater Ecclesia ex apostolica fide pro sacris et canonicis habet, propterea quod, Spiritu Sancto inspirante conscripti (cf. Io 20, 31; 2 Tim 3, 16; 2 Petr 1, 19—21; 3, 15—16), Deum habent auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiae traditi sunt¹. In sacris vero libris conficiendis Deus homines elegit, quos facultatibus ac viribus suis utentes adhibuit², ut Ipso in illis et per illos agente³, ea omnia eaque sola, quae Ipse vellet, ut veri auctores scripto traderent⁴.

Cum ergo omne id, quod auctores inspirati seu hagiographi asserunt, retineri debeat assertum a Spiritu Sancto, inde Scripturae libri veritatem, quam Deus nostrae salutis causa Litteris Sacris consignari voluit, firmiter, fideliter et sine errore docere profitendi sunt⁵. Itaque *omnis Scriptura divinitus inspirata et utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus* (2 Tim 3, 16—17, gr.).

12. Cum autem Deus in Sacra Scriptura per homines more hominum locutus sit⁶, interpretes Sacrae Scripturae, ut perspiciat, quid Ipse nobiscum communicare voluerit, attente investigare debet, quid hagiographi reapse significare intenderint et eorum verbis manifestare Deo placuerit.

Ad hagiographorum intentionem eruendam inter aliam etiam „genera litteraria” respicienda sunt. Aliter enim atque aliter veritas in textibus vario modo historicis, vel propheticis, vel poeticis, vel in aliis dicendi generibus proponitur et exprimitur. Oportet porro ut interpretes sensum inquirat, quem in determinatis adiunctis hagiographus, pro sui temporis et suae culturae condicione, ope generum litterariorum illo tempore adhibitorum exprimere intenderit et expresserit⁷. Ad recte enim intelligendum id quod sacer auctor scripto asserere voluerit, rite attendendum est tum ad suos illos nativos sentiendi, dicendi, narrandive modos, qui temporibus hagiographi vigeabant, tum ad illos qui illo aevo in mutuo hominum commercio adhiberi solebant⁸.

Sed, cum Sacra Scriptura eodem Spiritu quo scripta est etiam legenda et interpretanda sit⁹, ad recte sacrorum textuum sensum eruendum, non minus diligenter respiciendum est ad contentum et unitatem totius Scripturae, ratione habita vivae totius Ecclesiae Traditionis et analogiae fidei. Exegetarum autem est secundum has regulas adlaborare ad Sacrae

Rozdział III

O BOSKIM NATCHNIENIU PISMA ŚW. I O JEGO INTERPRETACJI

11. Prawdy przez Boga objawione, które są zawarte i wyrażone w Piśmie św., spisane zostały pod natchnieniem Ducha Świętego. Albowiem święta Matka-Kościół uważa na podstawie wiary apostołskiej księgi tak Starego jak Nowego Testamentu w ich całości ze wszystkimi częściami za święte i konieczne dlatego, że spisane pod natchnieniem Ducha Świętego (por. J 20, 31; 2 Tym 3, 16; 2 P 1, 19—21; 3, 15—16) Boga mają za autora i jako takie zostały Kościołowi przekazane¹⁷. Do sporządzenia ksiąg świętych wybrał Bóg ludzi, którymi jako używającymi własnych zdolności i sił posłużył się¹⁸, aby, przy Jego działaniu w nich i przez nich¹⁹ jako prawdziwi autorowie przekazali na piśmie to wszystko i tylko to, co On chciał²⁰. Ponieważ więc wszystko co twierdzą autorowie natchnieni, czyli hagiografowie, winno być uważane za stwierdzone przez Ducha Świętego, należy zatem uznawać, że księgi biblijne w sposób pewny, wiernie i bez błędu podają prawdę, jaka z woli Bożej miała być przez Pismo św. utrwalona dla naszego zbawienia²¹. Dlatego *każde Pismo przez Boga natchnione użyteczne (jest) do pouczenia, do przekonywania, do napominania, do kształcenia w sprawiedliwości: by człowiek Boży stał się doskonały i do wszelkiego dobrego dzieła zaprawiony* (2 Tym 3, 16—17 gr).

12. Ponieważ zaś Bóg w Piśmie św. przez ludzi, na sposób ludzki przemawiał²², komentator Pisma św., chcąc poznać, co On nam oznajmić zamierzał, powinien uważnie badać, co hagiografowie w rzeczywistości chcieli wyrazić i co Bogu spodobało się ich słowami ujawnić.

Celem odszukania intencji hagiografów, należy między innymi uwzględnić również „rodzaje literackie”. Całkiem inaczej bowiem ujmuje się i wyraża prawdę w tekstach historycznych rozmaitego typu czy prorockich, czy w poetyckich, czy innego rodzaju literackiego. Musi więc komentator szukać sensu, jaki hagiograf w określonych okolicznościach, w warunkach swego czasu i swej kultury zamierzał wyrazić i rzeczywiście wyraził przy pomocy rodzajów literackich, których w owym czasie używano²³. By zdobyć właściwe zrozumienie tego, co święty autor chciał na piśmie wyrazić, trzeba zwrócić należytą uwagę tak na owe zwyczaje, naturalne sposoby myślenia, mówienia i opowiadania, przyjęte w czasach hagiografa, jak i na sposoby, które zwykło się było stosować w owej epoce przy wzajemnym obcowaniu ludzi z sobą²⁴.

Lecz, ponieważ Pismo św. powinno być czytane i interpretowane w tym samym Duchu, w jakim zostało napisane²⁵, należy, celem wydobycia właściwego sensu świętych tekstów, nie mniej uważnie także uwzględniać treść i jedność całej Biblii, mając na oku żywą Tradycję całego Kościoła oraz analogię wiary. Zadaniem egzegetów jest praco-

Scripturae sensum penitius intelligendum et exponendum, ut quasi praeparato studio, iudicium Ecclesiae maturetur. Cuncta enim haec, de ratione interpretandi Scripturam, Ecclesiae iudicio ultime subsunt, quae verbi Dei servandi et interpretandi divino fungitur mandato et ministerio¹⁰.

13. In Sacra Scriptura ergo manifestatur, salva semper Dei veritate et sanctitate, aeternae Sapientiae admirabilis „condescensio”, *ut discamus inefabilem Dei benignitatem, et quanta sermonis attemperazione usus sit, nostrae naturae providentiam et curam habens*¹¹. Dei enim verba, humanis linguis expressa, humano sermoni assimilia facta sunt, sicut olim Aeterni Patris Verbum, humanae infirmitatis assumpta carne, hominibus simile factum est.

Caput IV

DE VETERE TESTAMENTO

14. Amantissimus Deus totius humani generis salutem sollicitè intendens et praeparans, singulari dispensationem populum sibi elegit, cui promissiones concederet. Foedere enim cum Abraham (cf. Gen 15, 18) et cum plebe Israel per Moysen (cf. Ex 24, 8) inito, populo sibi acquisito ita Se tamquam unicum Deum verum et vivum verbis ac gestis revelavit, ut Israel, quae divinae essent cum hominibus viae experiretur, easque, ipso Deo per os Prophetarum loquente, penitius et clarius in dies intelligeret atque latius in gentes exhiberet (cf. Ps 21, 28—29; 95, 1—3; Is 2, 1—4; Ier 3, 17). Oeconomia autem salutis ab auctoribus sacris praenuntiata, enarrata atque explicata, ut verum Dei verbum in libris Veteris Testamenti extat; quapropter hi libri divinitus inspirati perennem valorem servant: *Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* (Rom 15, 4).

15. Veteris Testamenti oeconomia ad hoc potissimum disposita erat, ut Christi universorum redemptoris Regnique Messianici adventum praepararet, prophetice nuntiaret (cf. Lc 24, 44; Io 5, 39; 1 Petr 1, 10) et variis typis significaret (cf. 1 Cor 10, 11). Veteris autem Testamenti libri, pro conditione humani generis ante tempora instauratae a Christo salutis, Dei et hominis cognitionem ac modos quibus Deus iustus et misericors cum hominibus agit, omnibus manifestant. Qui libri, quamvis etiam imperfecta et temporaria contineant, veram tamen paedagogiam divinam demonstrant¹. Unde iidem libri, qui vivum sensum Dei expriment, in quibus sublimes de Deo doctrinae ac salutaris de vita hominis

wać wedle tych zasad nad głębszym zrozumieniem i wyjaśnieniem sensu Pisma św., aby dzięki badaniu przygotowawczemu, sąd Kościoła nabywał dojrzałości. Albowiem wszystko to, co dotyczy sposobu interpretowania Pisma św., podlega ostatecznie sądowi Kościoła, który ma od Boga polecenie i posłannictwo strzeżenia i wyjaśniania słowa Bożego²⁶.

13. W Piśmie św. więc objawia się — przy stałym zachowaniu Bożej prawdy i świętości — przedziwne „zniżanie się” (condescensio) wiecznej Mądrości, *byśmy uczyli się o niewysłowionej dobroci Boga i o tym, jak bardzo dostosował się On w mowie, okazując przezorność i troskliwość względem naszej natury*²⁷. Bo słowa Boże, językami ludzkimi wyrażone, upodobniły się do mowy ludzkiej, jak niegdyś Słowo Ojca Przedwiecznego, przyjmąwszy słabe ciało ludzkie, upodobniło się do ludzi.

Rozdział IV

O STARYM TESTAMENCIE

14. Najmiłociwszy Bóg, zamierzając troskliwie i przygotowując zbawienie całego rodzaju ludzkiego, szczególnym postanowieniem wybrał sobie naród, by mu powierzyć swe obietnice. Zawarłszy przymierze z Abrahamem (por. Rodz 15, 18) i z narodem izraelskim za pośrednictwem Mojżesza (por. Wyj. 24, 8), tak objawił się słowami i czynami ludowi nabytemu, jako jedyny, prawdziwy i żywy Bóg, ażeby Izrael doświadczalnie poznał, jakie są drogi Boże w stosunku do ludzi; i aby dzięki przemawianiu Boga przez usta Proroków z biegiem czasu coraz głębiej i jaśniej je rozumiał i coraz szerzej wśród narodów budził ich świadomość (por. Ps 21, 28—29; 95, 1—3; Iz 2, 1—4; Jer. 3, 17). Plan zbawienia przez autorów świętych przepowiedziany, opisany i wyjaśniony, zawarty jest jako prawdziwe słowo Boże w księgach Starego Testamentu; dlatego księgi te przez Boga natchnione zachowują stałą wartość; *cokolwiek bowiem zostało napisane, dla naszego pouczenia napisane jest, abyśmy przez cierpliwość i pociechę z Pism świętych mieli nadzieję* (Rzym 15, 4).

15. Plan zbawienia w Starym Testamencie na to był przede wszystkim nastawiony by przygotować, proroczo zapowiedzieć (por. Łk 24, 44; J 5 39; 1 P 1, 10) i rozmaitymi obrazami typycznymi oznaczyć (por. 1 Kor 10, 11) przyjście Chrystusa Odkupiciela. A księgi Starego Testamentu, stosownie do położenia rodzaju ludzkiego przed dokonaniem przez Chrystusa zbawieniem, udostępniają wszystkim znajomość Boga i człowieka oraz sposobów działania Boga sprawiedliwego i miłosiernego w stosunku do ludzi. Jakkolwiek księgi te zawierają sprawy niedoskonałe i doczesne, wykazują jednak prawdziwą pedagogię Bożą²⁸. Stąd też owe księgi, które przecież wyrażają żywy zmysł Boży, w których kryją się wniosłe

sapientia mirabilesque precum thesauri reconduntur, in quibus tandem latet mysterium salutis nostrae, a Christifidelibus devote accipiendi sunt.

16. Deus igitur librorum utriusque Testamenti inspirator et auctor, ita sapiēter disposuit, ut Novum in Vetere lateret et in Novo Vetus pateret². Nam, etsi Christus in sanguine suo Novum Foedus condidit (cf. Lc 22, 20; 1 Cor 11, 25), libri tamen Veteris Testamenti integri in praeconio evangelico assumpti³, in Novo Testamento significationem suam completam acquirunt et ostendunt (cf. Matth 5, 17; Lc 24, 27; Rom 16, 25—26; 2 Cor 3, 14—16), illudque vicissim illuminant et explicant.

Caput V

DE NOVO TESTAMENTO

17. Verbum Dei, quod virtus Dei est in salutem omni credenti (cf. Rom. 1, 16), in scriptis Novi Testamenti praecellenti modo praesentatur et vim suam exhibet. Ubi enim venit plenitudo temporis (cf. Gal 4, 4), Verbum caro factum est et habitavit in nobis plenum gratiae et veritatis (cf. Io 1, 14). Christus Regnum Dei in terris instauravit, factis et verbis Patrem suum ac Seipsum manifestavit, atque morte, resurrectione et gloriosa ascensione missioneque Spiritus Sancti opus suum complevit. Exaltatus a terra omnes ad Seipsum trahit (cf. Io 12, 32, gr.), Ipse qui solus verba vitae aeternae habet (cf. Io 6, 68). Hoc autem mysterium aliis generationibus non est patefactum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis Eius et Prophetis in Spiritu Sancto (cf. Eph 3, 4—6, gr.), ut Evangelium praedicarent, fidem in Iesum Christum ac Dominum excitarent et Ecclesiam congregarent. Quarum rerum scripta Novi Testamenti extant testimonium perenne atque divinum.

18. Neminem fugit inter omnes, etiam Novi Testamenti Scripturas, Evangelia merito excellere, quippe quae praecipuum testimonium sint de Verbi Incarnati, Salvatoris nostri, vita atque doctrina.

Quattuor Evangelia originem apostolicam habere Ecclesia semper et ubique tenuit ac tenet. Quae enim Apostoli ex mandato Christi praedicaverunt, postea divino afflante Spiritu, in scriptis, ipsi et apostolici viri nobis tradiderunt, fidei fundamentum, quadriforme nempe Evangelium, secundum Matthaëum, Marcum, Lucam et Ioannem¹.

19. Sancta Mater Ecclesia firmiter et constantissime tenuit ac tenet quattuor recensita Evangelia, quorum historicitatem incunctanter affirmat, fideliter tradere quae Iesus Dei Filius, vitam inter hominesagens, ad aeternam eorum salutem reapse fecit et docuit, usque in diem

o Bogu nauki oraz zbawienna mądrość odnośnie życia człowieka i przedziwny skarbiec modlitw, w którym wreszcie utajona jest tajemnica naszego zbawienia — powinny być przez wiernych chrześcijan ze czcią przyjmowane.

16. Bóg, sprawca natchnienia i autor ksiąg obydwu Testamentów, mądrze postanowił, by Nowy Testament był ukryty w Starym, a Stary w Nowym znalazł wyjaśnienie²⁹. Bo, choć Chrystus ustanowił Nowe Przymierze we krwi swojej (por. Łk 22, 20; 1 Kor 11, 25), księgi wszakże Starego Testamentu (przejęte w całości do nauki ewangelicznej)³⁰ w Nowym Testamencie uzyskują i ujawniają swój pełny sens (por. Mat 5, 17; Łk 24, 27; Rzym 16, 25—26; 2 Kor 3, 14—16) i na odwrót oświetlają i wyjaśniają Nowy Testament.

Rozdział V

O NOWYM TESTAMENCIE

17. Słowo Boże, które jest mocą Bożą ku zbawieniu każdego wierzącego (por. Rzym 1, 16), w pismach Nowego Testamentu znamienitym sposobem jest uobecnione i okazuje swą siłę. Gdy bowiem nadeszła pełność czasu (por. Gal 4, 4), Słowo stało się ciałem i mieszkało między nami pełne łaski i prawdy (por. J 1, 14). Chrystus założył Królestwo Boże na ziemi, czynami i słowami objawił Ojca swego i Siebie samego, a przez śmierć, zmartwychwstanie i chwalebne wniebowstąpienie oraz zesłanie Ducha Świętego dokończył swego dzieła. Podwyższony nad ziemię wszystkich do Siebie przyciąga (por. J 12, 32 gr) On, który sam jeden ma słowa żywota wiecznego (por. J 6, 68). Tajemnica ta nie została oznajmiona innym pokoleniom tak, jak teraz objawiona została w Duchu Świętym Jego świętym Apostołom i Prorokom (por. Ef 3, 4—6 gr), aby głosili Ewangelię, wzbudzali wiarę w Jezusa Chrystusa i Pana oraz zgromadzali Kościół. Pisma Nowego Testamentu są trwałym, boskim świadectwem tych spraw.

18. Niczyje nie uchodzi uwagi, że wśród wszystkich pism biblijnych, także wśród pism Nowego Testamentu, Ewangelie zajmują słusznie miejsce najwybitniejsze. Są bowiem głównym świadectwem życia i nauki Słowa Wcielonego, naszego Zbawiciela.

Kościół zawsze i wszędzie utrzymywał i utrzymuje, że cztery Ewangelie są pochodzenia apostołskiego. Co bowiem Apostołowie na polecenie Chrystusa głosili, to później oni sami oraz mężowie apostołscy pod natchnieniem Ducha Świętego na piśmie nam przekazali, jako fundament wiary, czteropostaciową mianowicie Ewangelię według Mateusza, Marka, Łukasza i Jaha³¹.

19. Święta Matka-Kościół silnie i bardzo stanowczo utrzymywał i utrzymuje, że cztery wspomniane Ewangelie, których historyczność bez wahania stwierdza, podają wiernie to, co Jezus, Syn Boży, żyjąc

qua assumptus est (cf. Act 1, 1—2). Apostoli quidem post ascensionem Domini, illa quae Ipse dixerat et fecerat, auditoribus ea pleniore intelligentia tradiderunt, qua ipsi, eventibus gloriosis Christi instructi et lumine Spiritus veritatis² edocti, fruebantur³. Auctores autem sacri quattuor Evangelia conscripserunt, quaedam e multis aut ore aut iam scripto traditis seligentes, quaedam in synthesim redigentes, vel statui ecclesiarum attendendo explanantes, formam denique praeconii retinentes, ita semper ut vera et sincera de Iesu nobis communicarent⁴. Illa enim intentione scripserunt, sive ex sua propria memoria et recordatione, sive ex testimonio illorum *qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis* ut cognoscamus eorum verborum de quibus eruditi sumus, *veritatem* (cf. Lc 1, 2—4).

20. Novi Testamenti Canon praeter quattuor Evangelia etiam epistulas sancti Pauli aliaque scripta apostolica Spiritu Sancto inspirante exarata continent quibus, ex sapienti Dei consilio, ea quae sunt de Christo Domino confirmantur, genuina Eius doctrina magis magisque declaratur, salutifera virtus divini operis Christi praedicatur, Ecclesiae initia ac admirabilis diffusio narrantur eiusque consummatio gloriosa praenuntiatur.

Apostolis enim suis Dominus Iesus sicut promiserat affuit (cf. Matth 28, 20) et iis Paraclitum Spiritum misit, qui eos in plenitudinem veritatis induceret (cf. Io 16, 13).

Caput VI

DE SACRA SCRIPTURA IN VITA ECCLESIAE

21. Divinas Scripturas sicut et ipsum Corpus dominicum semper venerata est Ecclesia, cum maxime in sacra Liturgia, non desinat ex mensa tam verbi Dei quam Corporis Christi panem vitae sumere atque fidelibus porrigere. Eas una cum Sacra Traditione semper ut supremam fidei suae regulam habuit et habet, cum a Deo inspiratae et semel pro semper litteris consignatae, verbum ipsius Dei immutabiliter impertiant, atque in verbis Prophetarum Apostolorumque vocem Spiritus Sancti personare faciant. Omnis ergo praedicatio ecclesiastica sicut ipsa religio christiana Sacra Scriptura nutriatur et regatur oportet. In sacris enim libris Pater qui in caelis est filiis suis peramanter occurrit et cum eis sermonem confert; tanta autem verbo Dei vis ac virtus inest, ut Ecclesiae sustentaculum ac vigor, et Ecclesiae filiis fidei robur, animae cibus, vitae spiritualis fons purus et perennis extet. Unde de Sacra Scriptura excellenter valent dicta: *Vivus est enim sermo Dei et efficax* (Heb 4, 12), *qui potens aedificare et dare haereditatem in sanctificatis omnibus* (Act 20, 32; cf. 1 Thess 2, 13).

wśród ludzi, dla wiecznego ich zbawienia rzeczywiście uczynił i czego uczył aż do dnia, w którym wzięty był do nieba (por. Dz 1, 1—2). Apostołowie po wniebowstąpieniu Pana to, co On powiedział i czynił przekazali słuchaczom w pełniejszym zrozumieniu, którym cieszyli się pocuczeni chwalebnyymi wydarzeniami życia Jezusa oraz światłem Ducha prawdy³² oświeceni³³. Święci zaś autorowie napisali cztery Ewangelie, wybierając niektóre z wielu wiadomości przekazanych ustnie lub pisemnie; ujmując pewne rzeczy syntetycznie lub objaśniając, przy uwzględnieniu sytuacji Kościołów; zachowując wreszcie formę przepowiadania, ale zawsze tak, aby nam przekazać szczerą prawdę o Jezusie³⁴. W tej przecież intencji pisali, czerpiąc z własnej pamięci i z własnych wspomnień, czy też korzystając z świadectwa tych, którzy *od początku byli naocznymi świadkami i sługami Ewangelii*, byśmy poznali prawdę tych nauk, które otrzymaliśmy (por. Łk 1, 2—4).

20. Kanon Nowego Testamentu oprócz czterech Ewangelii zawiera także listy św. Pawła i inne pisma apostołskie, spisane pod natchnieniem Ducha Świętego. W nich za mądrym zrządzeniem Bożym znajdujemy potwierdzenie wiadomości o Chrystusie Panu, coraz dokładniejsze objaśnienie prawdziwej Jego nauki, ogłoszenie zbawczej potęgi Boskiego dzieła Chrystusa, opis początków Kościoła i jego przedziwnego rozszerzania się oraz zapowiedź jego chwalebnego dopełnienia.

Pan Jezus bowiem pomagał swym Apostołom, jak przyrzekł (por. Mt 28, 20) i zesłał im Ducha Pocieszyciela, by ich prowadził ku pełni prawdy (por. J 16, 13).

Rozdział VI

O PIŚMIE ŚWIĘTYM W ŻYCIU KOŚCIOŁA

21. Kościół miał zawsze we czci Pisma Boże, podobnie jak samo Ciało Pańskie, skoro zwłaszcza w Liturgii św. nie przestaje brać i podawać wiernym chleb żywota tak ze stołu słowa Bożego, jak i Ciała Chrystusowego. Zawsze uważał i uważa owe Pisma zgodnie z Tradycją św., za najwyższe prawo swej wiary, ponieważ natchnione przez Boga i raz na zawsze utrwalone na piśmie przekazują niezmiennie słowo samego Boga, a w wypowiedziach Proroków i Apostołów dają wyraz głosowi Ducha Świętego. Trzeba więc, aby całe kaznodziejstwo kościelne, tak jak sama religia chrześcijańska, żywiło się i kierowało Pismem świętym. Albowiem w księgach świętych Ojciec, który jest w niebie, spotyka się miłościwie ze swymi dziećmi i prowadzi z nimi rozmowę. Tak wielka zaś tkwi w słowie Bożym moc i potęga, że jest ono dla Kościoła podporą i siłą żywotną, a dla synów Kościoła utwierdzeniem wiary, pokarmem duszy oraz źródłem czystym i stałym życia duchowego. Stąd doskonałe zastosowanie ma do Pisma św. powiedzenie: *żywe jest słowo Boże i skuteczne* (Hebr 4, 12), które *ma moc zbudować i dać dziedzictwo wszystkim uświęconym* (Dz 20, 32; por. 1 Tes 2, 13).

22. Christifidelibus aditus ad Sacram Scripturam late pateat oportet. Qua de causa ecclesia inde ab initiis graecam illam antiquissimam Veteris Testamenti versionem a LXX viris nuncupatam ut suam suscepit; alias vero versiones orientales et versiones latinas, praecipue illam quam Vulgatam vocant, semper in honore habet. Cum autem verbum Dei omnibus temporibus praesto esse debeat, Ecclesia materna sollicitudine curat, ut aptae ac rectae exarentur in varias linguas versiones, praesertim ex primigenis Sacrorum Librorum textibus. Quae si, data opportunitate et annuente Ecclesiae auctoritate, conficiantur communi etiam cum fratribus seiunctis nisu, ab omnibus christianis adhiberi poterunt.

23. Verbi incarnati Sponsa, Ecclesia nempe, a Sancto Spiritu edocta, ad profundiore in dies Scripturarum Sacrarum intelligentiam assequendam accedere satagit, ut filios suos divinis eloquiis indesinenter pascat; quapropter etiam studium sanctorum Patrum tum Orientis tum Occidentis et sacrarum Liturgiarum rite fovet. Exegetae autem catholici, aliique Sacrae Theologiae cultores, collatis sedulo viribus, operam dent oportet, ut sub vigilantia Sacri Magisterii, aptis subsidiis divinas Litteras ita investigent et proponant, ut quam plurimi divini verbi administri possint plebi Dei Scripturarum pabulum fructuose suppeditare, quod mentem illuminet, firmet voluntates, hominum corda ad Dei amorem accendat¹. Sacra Synodus Ecclesiae filiis, biblicarum rerum cultoribus, animum addit, ut opus feliciter susceptum, renovatis in dies viribus, omni studio secundum sensum Ecclesiae exequi pergant².

24. Sacra Theologia in verbo Dei scripto, una cum Sacra Traditione, tanquam in perenni fundamento innititur, in eoque ipsa firmissime roboratur semperque iuvenescit, omnem veritatem in mysterio Christi conditam sub lumine fidei perscrutando. Sacrae autem Scripturae verbum Dei continent et, quia inspiratae, vere verbum Dei sunt; ideoque Sacrae Paginae studium sit veluit anima Sacrae Theologiae³. Eodem autem Scripturae verbo etiam ministerium verbi, pastoralis nempe predicatio, catechesis omnisque instructio christiana, in qua homilia liturgica eximium locum habeat oportet, salubriter nutritur virescit.

25. Quapropter clericos omnes, imprimis Christi sacerdotes ceterosque qui ut diaconi vel catechistae ministerio verbi legitime instant, assidua lectione sacra atque exquisito studio in Scripturis haerere necesse est, ne quis eorum fiat *verbi Dei inanis forinsecus praedicator, qui non est intus auditor*⁴, dum verbi divini amplissimas divitias, speciatim in sacra Liturgia, cum fidelibus sibi commissis communicare debet. Pariter Sancta Synodus christifideles omnes, praesertim sodales religiosos, vehementer peculiariterque exhortatur, ut frequenti divinarum Scripturarum lectione *eminentem scientiam Iesu Christi* (Phil 3, 8) ediscant. *Ignoratio enim Scripturarum ignoratio Christi est*⁵. Libenter igitur ad sacrum textum ipsum accedant, sive per sacram Liturgiam divinis eloquiis confertam,

22. Wierni Chrystusowi winni mieć szeroki dostęp do Pisma św. Z tej to przyczyny Kościół zaraz od początku przejął, jako swój, ów najstarszy grecki przekład Starego Testamentu, biorący nazwę od siedemdziesięciu mężów; a inne przekłady wschodnie i łacińskie, zwłaszcza tzw. Wulgatę, zawsze ma w poszanowaniu. A ponieważ Słowo Boże powinno być po wszystkie czasy wszystkim dostępne, Kościół stara się o to z macierzyńską troskliwością, by opracowano odpowiednie i ścisłe przekłady na różne języki, zwłaszcza z oryginalnych tekstów Ksiąg św. Gdy one przy danej sposobności i za zezwoleniem władzy Kościoła sporządzane są wspólnym wysiłkiem z braćmi odłączonymi, będą mogły być używane przez wszystkich chrześcijan.

23. Oblubienica Słowa Wcielonego, czyli Kościół, przez Ducha Świętego pouczony, usiłuje coraz głębsze osiągnąć zrozumienie Pisma św., by dzieci swoje bezustannie karmić słowami Bożymi. Dlatego też popiera także słusznie studium Ojców Kościoła tak wschodnich jak i zachodnich oraz studium świętych Liturgii. Egzegeci zaś katoliccy i inni uprawiający świętą teologię powinni starać się, by wspólnym wysiłkiem pod nadzorem świętego Urzędu Nauczycielskiego, przy zastosowaniu odpowiednich pomocy naukowych, tak badać i wyklądać boskie Pisma, by jak najliczniejsi słudzy słowa Bożego mogli z pożytkiem podawać ludowi Bożemu pokarm owych Pism, który by rozum oświecał, wolę umacniał, a serca ludzi ku miłości Bożej rozpałał³⁵. Sobór święty dodaje otuchy synom Kościoła, którzy zajmują się studiami biblijnymi, by z odnawianą ciągle energią dzieło szczęśliwie podjęte prowadzili do końca z wszelką starannością, wedle myśli Kościoła³⁶.

24. Teologia święta opiera się, jako na trwałym fundamencie, na pisanym słowie Bożym łącznie z Tradycją świętą. W nim znajduje swe najgruntowniejsze umocnienie i stale się odmładza, badając w świetle wiary wszelką prawdę ukrytą w misterium Chrystusa. Pisma zaś święte zawierają słowo Boże, a ponieważ są natchnione, są one naprawdę słowem Bożym. Niech przeto studium Pisma św. będzie jakby duszą teologii świętej³⁷. Tymże słowem Pismo św. żywi się również korzystnie i święcie przez nie się rozwija posługa słowa, czyli kaznodziejstwo duszpasterskie, katecheza i wszelkie nauczanie chrześcijańskie, w którym homilia liturgiczna winna mieć szczególne miejsce.

25. Konieczną przeto jest rzeczą, by wszyscy duchowni, zwłaszcza kapłani Chrystusowi, i inni, którzy, jak diakoni i katechiści, zajmują się prawowicie posługą słowa, wytrwałą lekturą i starannym studium tkwili w Piśmie św., by ktoś z nich nie stał się *próżnym głosicielem słowa Bożego na zewnątrz nie będąc wewnątrz jego słuchaczem*³⁸, podczas gdy winien z wiernymi sobie powierzonymi dzielić się ogromnymi bogactwami słowa Bożego, szczególnie przy Liturgii świętej.

Również Sobór święty usilnie i szczególnie upomina wszystkich wiernych, a zwłaszcza członków zakonów, by przez częste czytanie Pisma świętego nabywali *wznosłego poznania Jezusa Chrystusa* (Filip 3, 8). Nie-

sive per piam lectionem, sive per institutiones ad id aptas aliaque subsidia, quae a probantibus et curantibus Pastoribus Ecclesiae ubique nostro tempore laudabiliter diffunduntur. Meminerint autem orationem concomitari debere Sacrae Scripturae lectionem, ut fiat colloquium inter Deum et hominem; nam *illum alloquimur, cum oramus; illum audimus, cum divina legimus oracula* ⁶.

Sacris autem Antistitibus, „apud quos est apostolica doctrina” ⁷, fideles sibi commissos ad rectum divinorum librorum usum, praesertim Novi Testamenti et imprimis Evangeliorum, opportune instituere competit per sacrorum textuum versiones, quae necessariis et vere sufficientibus explicationibus instructae sint, ut tuto ac utiliter Ecclesiae filii cum Scripturis Sacris conversentur earumque spiritu imbuantur.

Insuper editiones Sacrae Scripturae, aptis instructae adnotationibus, ad usum etiam non — christianorum eorundemque conditionibus accommodatae, conficiantur, quas quoquomodo sive animarum Pastores sive Christiani cuiuscumque status spargere sapienter curent.

26. Ita ergo lectione et studio Sacrorum Librorum *sermo Dei currat et clarificetur* (2 Thess 3, 1), thesaurusque revelationis, Ecclesiae concreditus, magis magisque corda hominum impleat. Sicut ex assidua frequentatione mysterii Eucharistici Ecclesiae vita incrementum suscipit, ita novum spiritualis vitae impulsus sperare licet ex adaucta veneratione verbi Dei, quod „manet in aeternum” (Is 40, 8; cf. 1 Petr 1, 23—25).

Haec omnia et singula, quae in hac constitutione edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illam, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum, die XVIII mensis novembris anno MCMLXV.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. (Sequuntur Patrum sub-signationes).

NOTAE

Ad n. 1.

¹ Cfr. S. Augustinus, *De catechizandis rudibus*, c. IV, 8: P. L. 40, 316.

Caput I — *De ipsa revelatione*

Ad n. 2.

² Cfr. Matth. 11, 27; Io 1, 14 et 17; 14, 6; 17, 1—3; 2 Cor. 3, 16 et 4, 6; Eph. 1, 3—14.

Ad n. 4.

³ *Epist. ad Diognetum*, c. VII, 4: Funk, *Patres Apostolici*, I, p. 403.

Ad n. 5.

⁴ Conc. Vat. I, *Const. dogm. de fide cath.*, cap. 3 de fide: Denz. 1789 (3008).

⁵ Conc. Araus. II, can. 7: Denz. 180 (377); Conc. Vat. I, 1. c.: Denz. 1791 (3010).

Ad n. 6.

znajomość Pisma św. jest nieznaną Chrystusa³⁹. Niech więc chętnie do świętego tekstu przystępują czy to przez świętą Liturgię, przepelnioną Bożymi słowami, czy przez pobożną lekturę, czy przez stosowne do tego poczynania i inne pomoce, które za aprobatą i pod opieką pasterzy Kościoła wszędzie w naszych czasach chwalebnie się rozpowszechniają. Niech jednak o tym pamiętają, że modlitwa towarzyszyć powinna czytaniu Pisma świętego, by ono było rozmową między Bogiem a człowiekiem. *Gdyż do Niego przemawiamy, gdy się modlimy, a Jego słuchamy, gdy czytamy boskie wypowiedzi*⁴⁰.

Do czcigodnych biskupów, przy których jest nauka apostołska⁴¹, należy, aby wiernych sobie powierzonych pouczali odpowiednio o należytych korzystaniu z ksiąg Bożych, zwłaszcza z Nowego Testamentu, a przede wszystkim z Ewangelii. Mają to czynić przez przekłady świętych tekstów zaopatrzone w konieczne i dostatecznie liczne objaśnienia, by synowie Kościoła mogli bezpiecznie i pożytecznie obcować z Pismem świętym i przepoić się jego duchem. Niech ponadto sporządzone zostaną wydania Pisma św. zaopatrzone w odpowiednie przypisy, dostosowane także do użytku nie-chrześcijan i do ich warunków; a o ich mądre rozpowszechnianie niech troszczą się duszpasterze, czy też chrześcijanie jakiegokolwiek stanu.

26. Tak więc niech przez lekturę i studium Ksiąg świętych słowo Boże szerzy się i jest wystawiane (2 Tes 3, 1), a skarbiec Objawienia powierzony Kościołowi, niech serca ludzkie coraz więcej napelnia. Jak z ciągłego uczestnictwa w tajemnicy eucharystycznej życie Kościoła doznaje rozkwitu, tak spodziewać się wolno ze wzmożonej czci dla słowa Bożego, które trwa na wieki (Iz 40, 18; por. 1 P 1, 23—25) nowego bodźca dla życia duchowego.

To wszystko, co wyrażone zostało w niniejszej Konstytucji w całości i w szczegółach zyskało uznanie Ojców Soboru świętego. A My na mocy udzielonej Nam przez Chrystusa władzy apostołskiej wraz z Czcigodnymi Ojcami w Duchu Świętym to zatwierdzamy, postanawiamy i ustalamy i te postanowienia soborowe polecamy ogłosić na chwałę Bożą.

W Rzymie, u św. Piotra, dnia 18 listopada 1965 roku.

Ja, Paweł, Biskup Kościoła Katolickiego.

(następują podpisy Ojców)

PRZYPISY

¹ Por. Św. Augustyn, *De catechizandis rudibus* r. IV, 8: PL 40, 316.

² Por. Mt 11, 27; J. 1, 14 i 17; 14, 6; 17, 1—3; 2 Kor 3, 16 i 4, 6; Ef 1, 3—14.

³ *List do Diogeneta* r. VII, 4: Funk, *Patres Apostolici* I, 403.

⁴ Sob. Watyk. I, *Constit. dogm. de fide cath.* r. 3 de fide: Denz 1789 (3008).

⁵ Synod Araus. II kan. 7, Denz 180 (377); Sob. Wat. I 1. c.: Denz 1791 (3010).

⁶ Conc. Vat. I, *Const. dogm. de fide cath., cap. 2 de revelatione*: Denz. 1786 (3005).

⁷ *Ibid.*: Denz. 1785 et 1786 (3004 et 3005).

Caput II — *De divinae revelationis transmissione*

Ad n. 7.

¹ Cfr. Matth. 28, 19—20 et Mc. 16, 15. Conc. Trid., Sess. IV, *decr. De canonicis Scripturis*: Denz. 783 (1501).

² Cfr. Conc. Trid., l. c.; Conc. Vat. I, Sess. III, *Const. dogm. de fide catholica, cap. 2 de revelatione*: Denz. 1787 (3006).

³ S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 3, 1: P.G. 7, 848; Harvey, 2, p. 9. Ad n. 8.

⁴ Cfr. Conc. Nicaenum II: Denz. 303 (602). Conc. Constant. IV, Sess. X, can. 1: Denz. 336 (650—652).

⁵ Cfr. Conc. Vat. I, *Const. dogm. de fide catholica, cap. 4 de fide et ratione*: Denz. 1800 (3020).

Ad n. 9.

⁶ Cfr. Conc. Trid., Sess. IV, l. c.: Denz. 783 (1501).

Ad n. 10.

⁷ Cfr. Pius XII, *Const. Apost. Munificentissimus Deus*, 1 nov. 1950: A.A.S. 42, 1950, 756, collatis verbis S. Cypriani, *Epist.* 66, 8: Hartel, III, B, p. 733: *Ecclesia plebs Sacerdoti adunata et Pastori suo grex adhaerens*.

⁸ Cfr. Conc. Vat. I, *Const. dogm. de fide catholica, cap. 3 de fide*: Denz. 1792 (3011).

⁹ Cfr. Pius XII, *Litt. Encycl. Humani Generis*, 12 aug. 1950, A.A.S. 42, 1950, 568—569: Denz. 2314 (3886).

Caput III — *De Sacrae Scripturae divina inspiratione et de interpretatione*

Ad n. 11.

¹ Cfr. Conc. Vat. I, *Const. dogm. de fide catholica, cap. 2 de revelatione*: Denz. 1787 (3006). *Comm. Biblica*, Decr. 18 iunii 1915: Denz. 2180 (3629); E. B. 420; S.S.C.S. *Officii*, *Epist.* 22 dec. 1923: E.B. 499.

² Cfr. Pius XII, *Litt. Encycl. Divino afflante Spiritu*, 30 sept. 1943: A.A.S. 35, 1943, p. 314, *Enchir. Bibl.* (E.B.) 556.

³ *In et per hominem*: cfr. Heb. 1, 1 et 4, 7 (in): 2 Sam. 23, 2; Matth. 1, 22 et passim (per); Conc. Vat. I: *Schema de doctr. cath.*, nota 9: Coll. Lac. VII, 522.

⁴ Leo XIII, *Epist. Encycl. Providentissimus Deus*, 18 nov. 1893: Denz. 1952 (3293); E.B. 125.

⁵ Cfr. S. Augustinus, *Gen. ad litt.* 2, 9, 20: P.L. 34, 270—271; *Epist.* 82, 3: P.L. 33, 277: CSEL 34, 2, p. 354. — S. Thomas, *De Ver. q.* 12, a. 2, C-Conc. Tridentinum, Sess. IV, *de canonicis Scripturis*: Denz. 783 (1501) — Leo XIII, *Enc. Providentissimus*: Eb 121, 124, 126—127. — Pius XII, *Enc. Divino afflante*: EB 539.

Ad n. 12.

⁶ S. Augustinus, *De Civ. Dei*, XVII, 6, 2; P.L. 41, 537: CSEL XL, 2, 228.

⁷ S. Augustinus, *De Doctr. Christ.*, III, 18, 26; P.L. 34, 75—76.

⁸ Pius XII, l. c.: Denz. 2294 (3829—3830): EB 557—562.

⁹ Cfr. Benedictus XV, *Enc. Spiritus Paraclitus*, 15 sept. 1920: EB 469. — S. Hieronymus, *In Gal.* 5, 19—21: P.L. 26, 417 A.

¹⁰ Cfr. Conc. Vat. I, *Const. dogm. de fide catholica, cap. 2 de revelatione*: Denz. 1788 (3007).

Ad n. 13.

¹¹ S. Ioannes Chrysostomus, *In Gen.* 3, 8 (hom. 17, 1): P.G. 53, 134. „Attemperatio” graece synkatábasis.

⁶ Sob. Wat. I, *Const. dogm. de fide cath. r. 2 de revelatione*: Denz 1786 (3005).

⁷ Tamże: Denz 1785 i 1786 (3004 i 3005).

⁸ Por. Mt 28, 19—20 i Mk 16, 15; Sobór Tryd. Sesja IV, dekr. *De canonicis Scripturis*: Denz 783 (1501).

⁹ Por. Sob. Tryd. 1. c.; Sob. Wat. I, Sesja III, *Const. dogm. de fide cath., r. 2 de revelatione*: Denz 1787 (3006).

¹⁰ Św. Ireneusz, *Adv. Haer.* III, 3, 1: P G 7, 848; Harvey 2, s. 9.

¹¹ Por. Sobór Nic. II: Denz 303 (602); Sob. Konstantyn. IV, Sesja X, Kan 1: Denz 336 (650—652).

¹² Por. Sob. Wat. I, *Const. dogm. de fide cath. r. 4 de fide et ratione*: Denz 1800 (30207).

¹³ Por. Sob. Tryd., Sesja IV 1. c.: Denz 783 (1501).

¹⁴ Por. Pius XII, *Const. Apost. Munificentissimus Deus* z 1 listop. 1950: AAS 42, 1950, 786, przyt. słowa św. Cypriana, *Epist.* 66, 8; Hartel III, B s. 733: *Kościół lud zebrany przy Kapłanie i trzoda zespolona ze swym pasterzem*.

¹⁵ Por. Sob. Wat. I, *Const. dogm. de fide cath. r. 3 de fide*: Denz 1792 (3011).

¹⁶ Por. Pius XII, Encykl. *Humani Generis* z 12 sierpnia 1950: AAS 42, 1950, 568—569: Denz 2314 (3886).

¹⁷ Por. Sob. Wat. I, *Const. dogm. de fide cath. r. 2 de revelatione*: Denz 1787 (3006); Kom. bibl. dekr. z 18 czerwca 1915: Denz 2180 (3629); E. B. 420; Kongr. św. Oficjum, List z 22 grudnia 1923: E. B. 499.

¹⁸ Por. Pius XII, Encykl. *Divine afflante Spiritu* z 30 września 1943: AAS 35, 1943 s. 314, *Enchir. Bibl.* (E. B.) 556.

¹⁹ W człowieku i przez człowieka: por. Hebr 1, 1 i 4, 7 (w); 2 Sam 23, 2; Mt 1, 22 i passim (przez); Sob. Wat. I: *Schemat de doctr. cat.* nota 9: *Coll. Lac. VII*, 522).

²⁰ Leon XIII, Enc. *Providentissimus Deus* z 18 list. 1893: Denz 1952 (3293); E. B. 125.

²¹ Por. św. Augustyn, *Gen. ad litt.* 2, 9, 20: PL 34, 270—271; *Epist.* 82, 3: PL 33, 277: CSEL 34, 2 s. 354; św. Tomasz, *De Veritate* q 12 a 2 c. — Sob. Tryd. Sesja IV *de canonicis Scripturis*: Denz 783 (1501) — Leon XIII, Enc. *Providentissimus*: E. B. 121, 124, 126—127 — Pius XII, Enc. *Divino Afflante*: E. B. 539.

²² Św. Augustyn, *De Civit. Dei* XVII, 6, 2: PL 41, 537: CSEL XL, 2, 288.

²³ Św. Augustyn, *De doctr. christ.* III, 18, 26: PL 34, 75—76.

²⁴ Pius XII 1. c.: Denz 2294 (3829—3830); EB 557—562.

²⁵ Por. Benedykt XV, Enc. *Spiritus Paraclitus* z 15 września 1920: E. B. 469; św. Hieronim, In Gal. 5, 19—21: PL 26, 417 A.

²⁶ Por. Sob. Wat. I, *Const. dogm. de fide cath. r. 2 de revelatione*: Denz 1788 (3007).

²⁷ Św. Jan Złotousty, *In Gen.* 3, 8 (hom. 17, 1): PG 53, 134 „*attemperatio*” po grecku synkatábasis.

²⁸ Pius XI, Enc. *Mit brennender Sorge* z 14 marca 1937: AAS 29, 1937, s. 151.

²⁹ Św. Augustyn, *Quaest. in Hept.* 2, 73: PL 34, 623.

³⁰ Św. Ireneusz, *Adv. Haer.* III, 21, 3: PG 7, 950 (= 25, 1: Har-

Caput IV — *De Vetere Testamento*

Ad n. 15.

¹ Pius XI, Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge*, 14 martii 1937: A.A.S. 29 (1937), p. 151.

Ad n. 16.

² S. Augustinus, *Quaest. in Hept.* 2, 73: P.L. 34, 623.

³ S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 21, 3: P.G. 7, 950; (= 25, 1: Harvey 2, p. 115). S. Cyrillus Hieros., *Catech.* 4, 35: P.G. 33, 497. Theodoros Mops., *In Soph.* 1, 4—6: P.G. 66, 452D—453A.

Caput V — *De Novo Testamento*

Ad n. 18.

¹ Cfr. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 11, 8: P.G. 7, 885; ed. Sagnard, p. 194.

Ad n. 19.

² Cfr. Io. 14, 26; 16, 13.

³ Io. 2, 22; 12, 16; cfr. 14, 26; 16, 12—13; 7, 39.

⁴ Cfr. *Instructio Sancta Mater Ecclesia a Pontificio Consilio Studiis Bibliorum provehendis edita*: A.A.S. 56, 1964, p. 715.

Caput VI — *De Sacra Scriptura in vita Ecclesiae*

Ad n. 23.

¹ Cfr. Pius XII, Litt. Enc. *Divino afflante*: EB 551, 553, 567. — Pont. Comm. Biblica, *Instructio de S. Scriptura in Clericorum Seminariis et Religiosorum Collegis recte docenda*, 13 maii 1950: A.A.S. 42, 1950, pp. 495—505.

² Cfr. Pius XII, *ibidem*. EB 569.

Ad n. 24.

³ Cfr. Leo XIII, Litt. Enc. *Providentissimus*: EB 114; *Benedictus XV*, Litt. Enc. *Spiritus Paraclitus*: EB 483.

Ad n. 25.

⁴ S. Augustinus, *Serm.* 179, 1: P.L. 38, 966.

⁵ S. Hieronymus, *Comm. in Is., Prol.*: P.L. 24, 17. — Cfr. *Benedictus XV*, Litt. Enc. *Spiritus Paraclitus*: EB 475—480; Pius XII, Litt. Enc. *Divino afflante*: EB 544.

⁶ S. Ambrosius, *De officiis ministrorum* I. 20, 88; P.L. 16, 50.

⁷ S. Irenaeus, *Adv. Haer.* IV, 32, 1: P.G. 7, 1071; (=49,2) Harvey, 2, p. 255.

vey 2, s. 115); Św. Cyryl Jeroz., *Catech.* 4, 35: PG 33, 497; Teodor Mops., *In Soph.* 1, 4—6: PG 66, 452 D—453 A.

³¹ Św. Ireneusz, *Adv. Haer.* III, 11, 8: PG 7, 885, ed. Sagnard s. 194.

³² J. 10, 14, 26; 16, 13.

³³ J. 2, 22; 12, 16, por. 14, 26; 16, 12—13; 7, 39.

³⁴ Por. Instrukcja *Sancta Mater Ecclesia* wyd. przez Pap. Radę Studiów bibl.: AAS 56, 1964 s. 715.

³⁵ Por. Pius XII, nc. *Divino Afflante*: EB 551, 553, 567; Instrukcja Kom. bibl. z 13 maja 1950: AAS 42, 1950 ss. 495—505.

³⁶ Por. Pius XII, *ibid.* EB 569.

³⁷ Por. Leon XIII, Enc. *Providentissimus*: EB 114; Benedykt XV, Enc. *Spiritus Paracl.*: EB 483.

³⁸ Św. Augustyn, *Sermo* 179, 1: PL 38, 966.

³⁹ Św. Hieronim, *Comm. in Is.*, *Prol.*: PL 24, 17; por. Benedykt XV, Enc. *Spiritus Paracl.*: EB 475—480; Pius XII, Enc. *Divino afflante*: EB 544.

⁴⁰ Św. Ambroży, *De officiis ministr.* I, 20, 88: PL 16, 50.

⁴¹ Św. Ireneusz, *Adv. Haer.* IV, 32, 1: PG 7, 1071 (= 49, 2) Harvey 2 s. 255.

N. 425/66

Textus versio divulgatur

E Curia Metropolitana

Cracoviae, die 3 Februarii 1966 a.

† KAROL

L. S. St. Marszowski

Vicecancellarius Curiae